

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. HERMANNI SCHALÜCK

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

XIX

Galveses... philosophia

Libraria...

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MCMXCIII

[DISTINCTIO SEPTIMA

QUAESTIO UNICA

UTRUM ANGELI DAMNATI NECESSARIO VELINT MALUM]

Utrum angeli damnati necessario velint malum.

5 Quod non, videtur:

Per illud Iac.: *Daemones credunt et contremiscunt*; sed 'credere' bonum est; ergo etc.

Praeterea, Augustinus XIV *De Trinitate* 8: Imago¹ est in anima in quantum « Dei capax est et particeps eius esse potest »; igitur possunt bene velle, cum maneat imago.

Praeterea, Dionysius *De divinis nominibus* cap. 4: 'Naturalia manent in angelis splendida', – ergo et libertas voluntatis manet in angelis; sed secundum Anselmum « 'posse peccare' non est libertas nec pars libertatis »; igitur tantum 'posse bene velle' est libertatis. Cum igitur angeli mali habeant libertatem voluntatis, igitur possunt bene velle.

Praeterea, nullus intellectus est ita aversus a vero quin possit prima principia cognoscere, quia sunt 'sicut ianua in domo', circa quae nullus errat²; ergo similiter non est aliquis ita malus aversus a primo bono quin possit bene velle primo bono. – Consequentia

VF

4-6 malum — illud ante Utrum (4), in spatio vacuo ultimae lineae praecedentis distinctionis, et litteris a b c reordinat V¹ 6-7 sed — etc. om. V 7 ergo om. F 8 De Trinitate om. V 9 in] ita V | Dei capax] c. D. F 11 cap.] q. F 12 manet] manent (!) F 15 voluntatis om. V 17 a vero] aut V 18 prima om. V 19 errat] erat (!) V 20 primo bono] primum bonum F

F 6 Iac. 2, 19.

8-9 AUGUST., *De Trin.* XIV c. 8 n. 11 (CCL 50A, 436; PL 42, 1044): « Eo quippe ipso imago eius est, quo eius capax est, eiusque esse particeps potest ».

11 Ps.-DIONYSIUS, *De div. nom.* c. 4 (*Dionysiaca* I 281-282; PG 3, 726): « Non igitur mala est daemonum tribus, secundum quod est secundum naturam...; et data ipsis angelica dona, nequaquam ipsa mutata esse dicimus, sed sunt et integra et splendidissima, quamvis ipsi non vident, claudentes ipsorum boni inspectivas virtutes ».

13-14 ANSELMUS, *De libertate arb.* c. 1 (ed. SCHMITT I 209; PL 158, 491): « Potestas ergo peccandi... nec libertas est nec pars libertatis ».

T¹ supple: Dei. ² Cf. ARISTOT., *Metaph.* II t. 1 (translatio arabico-latina) (α c. 1, 993b 4-5); AVERROES, in h. l.

patet, quia 'omnis malus est ignorans'¹; sicut ergo nullus est ita ignorans quin possit prima principia cognoscere, ita nullus est ita malus quin ultimum finem amet.

6 Praeterea, si angelus damnatus semper velit malum, igitur semper habitus malus in eis augmentatur, quia sicut ex actibus malis 5 generatur habitus malus, ita etiam augmentatur per actus malos; igitur in infinitum habitus ille augmentabitur. Sed hoc falsum est, quia habitus oppositus nobilior – crescens – non augmentatur in infinitum (ut caritas).

7 Praeterea, cuilibet peccato debetur poena; si igitur peccant 10 semper et in infinitum, igitur eorum poena augmentatur in infinitum, – et ita poena eorum in infinitum cresceret, et per consequens non essent in termino.

8 Praeterea, 'nullum violentum est perpetuum'; sed quies in malo est violenta naturae angeli causa nolendi; igitur non erit perpetua. 15 – Maior patet per Philosophum *De caelo et mundo*; et etiam per rationem, quia nullum violentum est nisi per aliquod impedimentum, – igitur cessante impedimento, quod non semper impedit, non semper erit illud violentum. Minor² patet per Damasce-
num, qui dicit quod peccatum est contra naturam. 20

9 Contra:

In Ps.: *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.*

VF

1 ignorans] ignarus V | sicut] cum post ergo F | est²] sit F 2 est om. F | ita om. V 5 sicut om. V 6 actus] habitus F* 7 habitus ille] i. h. F 8 habitus] actus F | nobilior ante oppositus F* | crescens] in confirmatis F 10 Praeterea, cuilibet] Praeterea, utique. Praet., c. V | peccat V 11 et om. F | infinitum] finitum V* 12 crescet V 14-21 nullum — Contra om. F 14 quies] quiescens V 17 nisi] nec V

F 14-16 ARISTOT., *De caelo* I t. 15 (A c. 2, 269b 6-10); II t. 18 (B c. 3, 286a 17-18): «Nihil enim praeter naturam [est] sempiternum»; t. 96 (c. 14, 296a 32-33): «Non [est] possibile sempiternum esse, violentum existentem et praeter naturam».

19-20 DAMASC., *De fide orth.* c. 18 [II c. 4] (FIP t. s. VIII 75; PG 94, 874-875): «Ex his angelicis virtutibus, qui praeerat terrestri ordini... non natura malus factus..., liberi sui arbitrii electione versus est ex eo quod secundum naturam, in id quod praeter naturam»; c. 44 [c. 30] (p. 161-162; col. 971-975): «Oportet autem cognoscere quoniam virtus quidem ex Deo data est naturae... Manentes igitur in eo quod secundum naturam, et in virtute sumus; declinantes autem ex eo quod secundum naturam, scilicet ex virtute, ad id quod praeter naturam devenimus et in malitia sumus»; c. 26 [c. 12] (p. 114-115; col. 923); c. 93 [IV c. 20] (p. 355-357; col. 1195-1198).

22 Ps. 73, 23.

T ¹ Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 3 (AL XXVI³ 181; Γ c. 2, 1110b 28-30): «Ignorat quidem igitur omnis malus quae oportet operari et a quibus fugiendum; et propter tale peccatum iniusti et universaliter mali fiunt». ² Cf. supra lin. 14-15.

I. – AD QUAESTIONEM

A. – OPINIO PRIMA¹

«Opinionis expositio» – Ad quaestionem dicitur quod appetitus 10 proportionatur apprehensioni sicut mobile motori; sed angeli immobiliter apprehendunt, et non sicut intellectus noster, – et ideo immobiliter appetunt; et ideo non sunt poenitivi sicut nos sumus.

«Opinionis improbatio» – Sed contra: 11

Prima propositio accepta est falsa, quod 'appetitus proportionatur intellectui sicut mobile motori': hoc enim falsum est, sicut 10 patebit alias¹.

Praeterea, ponatur quod esset verum, – adhuc sequitur oppositum dicti eorum, quia si appetitus se habet ad apprehensionem sicut mobile ad motorem, igitur voluntas in prima motione immobiliter adhaeret sicut in motione sequente, quia si aliquid necessario movet, aliud necessario movetur; igitur si intellectus movet 15 necessario voluntatem, voluntas magis necessario movebitur in prima apprehensione quam in alia. Contradicunt igitur sibi ipsis, quia dicunt quod voluntas in prima motione non immobiliter adhaeret.

VF

4 apprehensibili V 4-5 immobiliter] in motum (I) V 5 sic F | noster om. V 6 appetunt om. V | poenitivi] positivi (I) V 11 ponatur] posito F 14 aliquid] aliquis V aliquod F 16 necessario¹ ... magis om. V 17 apprehensione] motione F 18 immobiliter in corr. V²

F 3-6 THOMAS, *Summa theol.* I q. 64 a. 2 in corp. (V 141b): «Ad inquirendum ergo causam huiusmodi obstinationis, considerandum est quod vis appetitiva in omnibus proportionatur apprehensivae a qua movetur, sicut mobile motori... Differt autem apprehensio angeli ab apprehensione hominis in hoc, quod angelus apprehendit immobiliter per intellectum..., homo vero per rationem apprehendit mobiliter, discurrendo de uno ad aliud, habens viam procedendi ad utrumque oppositorum. Unde et voluntas hominis adhaeret alicui mobiliter..., voluntas autem angeli adhaeret fixe et immobiliter. Et ideo si consideretur ante adhaesionem, potest libere adhaerere et huic et opposito..., sed postquam iam adhaesit, immobiliter adhaeret. Et ideo consuevit dici quod liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositum 'et ante electionem et post', – liberum autem arbitrium angeli est flexibile ad utrumque oppositum 'ante electionem, sed non post'. Sic igitur et boni angeli, semper adhaerentes iustitiae, sunt in illa confirmati, – mali vero, peccantes, sunt in peccato obstinati».

T ¹ Prima propositio improbat, quia supponit quod intellectus (seu obiectum ab intellectu apprehensum) sit totalis causa volitionis, – contra quod Duns Scotus, infra d. 25 n. 69, tenet actum volendi esse tam a voluntate quam ab obiecto cognito ut a causa effectiva.

13 Praeterea, ratio eorum non concludit, quia dicunt quod 'intellectus noster – quia discurrit – non immobiliter apprehendit'. Licet enim intellectus noster discurrat a principiis ad conclusionem, non tamen est dubius de conclusione (sicut quando discurrit per demonstrationem, certus est de conclusione); igitur licet intellectus noster habeat talem proportionem quod post hoc intelligat illud, non tamen sequitur quod mobiliter intelligat ita quod possit opposito assentire.

14 Praeterea, si angelus immobiliter adhaereat ei cui adhaeret post apprehensionem perfectam, tunc sequitur quod si angelus fuisset creatus in gratia, sicut ipsi concedunt¹, numquam peccasset. Probatio consequentiae: quia si fuissent creati in gratia, igitur operabantur secundum gratiam et meruerunt; igitur non peccaverunt postea, quia non potuerunt avelli, secundum hanc opinionem.

¶B. – OPINIO SECUNDA

15 ¶Opinionis expositio – Alia opinio est quod quanto voluntas est liberior, tanto magis immergit se obiecto, fruendo illo pro termino; voluntas igitur angeli, cum sit separata a corpore et ab omni

VF

2 quia] quando V* | non om. V 4 quando] patet, quia V 5 igitur om. F 6 habeat om. V | post] primo V | hoc om. F 7 mobiliter] violenter V | intelligat] add. id V 10 perfectam] primam F 12 si om. V 13 non] nec V 14 postea] post F | poterant F | evelli V 16 opinio est om. V 17 est liberior] l. e. F | obiecto] opposito ob. F | illo] nullo V 17-18 termino] fine F 18 igitur] autem F

F 1-2 THOMAS, ut supra ad p. 3, 3-6.

10-11 THOMAS, *Summa theol.* I q. 62 a. 3 in corp. (V 112b): «Probabilius videtur tenendum, et magis dictis sanctorum consonum est, quod fuerunt creati in gratia gratum faciente».

16-p. 5, 11 HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 11 in corp. (f. 323X): «Propter quod dicunt alii [THOMAS, *Summa contra gent.* IV c. 95 (XV 292b)] quod voluntas quanto liberior est et perfectior, tanto se perfectius immergit sive impingit in volitum, – ut ideo, cum natura intellectualis 'separata a corpore' omnino libera est, voluntate in tantum impingit se in volitum... ut ab illo averti non poterit..., ut etiam exinde homo in statu innocentiae, propter corporis aliquantulum corruptibilitatem, aliquantulum gravetur, nec omnino anima vergat immergendo se per omnimodam adhaesionem in volitum, sed vel separata vel existens in corpore incorruptibili totaliter se immergit, ut reverti non poterit... Sed hoc non explicat satis modum quo fiat quod quaerimus. Ideo dicendum (secundum illud Prov. 18: 'Peccator, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit') quod quando voluntas est in perfecta sua libertate, habita completa de liberatione, tanta efficacia currit in volitum peccati, ponendo in eo finem, – ut veniens ad obstaculum synderesis, nec ibi sistit sed contemnendo impingit in illam et ibi retunditur ut retrahere se nec possit nec velit, nec potest velle: quemadmodum si ferrum acutum, penetrans carnes, in interioribus ossis retunditur, extrahi non potest».

T ¹ Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura II* d. 4-5 n. 26-27 (XVIII 363).

impedimento, est liberrima, – non sic autem voluntas nostra, dum est in corpore corruptibili; igitur voluntas angeli impegit se et immersit se in volitum in tantum quod retunditur et non potest se retrahere.

5 Quod declarant sic, quia dicitur Prov. 18: Peccator, cum in profundum ceciderit, contemnet; voluntas igitur angeli in peccando impegit se in synderesim remurmurantem (quia semper remurmurat contra malum); hoc autem non obstante, contempsit et in tantum impegit se in synderesim, quod retunditur ne posset se retrahere. Exemplum ponunt de ferro acuto transeunte per carnes ad ossa, ubi retunditur, et facilius frangitur quam retrahitur.

¶Opinionis improbatio – Contra:

Communis est obstinatio homini damnato post mortem et angelo post casum, quia non possunt velle iustitiam. Quaeritur: quando voluntas hominis obstinati impegit se ut sit impoenitibilis, – aut in statu viae, aut post mortem? Non in statu viae, quia – secundum eos – sic impingere quod non possit se retrahere, non est nisi voluntatis perfecte liberae, cuiusmodi est voluntas a corpore separata. Nec post separationem a corpore, quia tunc non esset damnatus quando mortuus est; unde qui mortuus est, in instanti separationis animae est in termino, et quando est in termino extra viam meriti, tunc obstinatur; unde sicut iusti, antequam eliciant aliquem actum post separationem a corpore sunt impeccabiles, ita mali antequam actum eliciant fiunt impoenitibiles.

25 Item, aliquis peccans aliquando ex magna delectatione et libidine, postea poenitet, – item, peccans non ita libidine nec cum tanta delectatione, et transit tempus meriti, damnatur et obstina-

VF

2 corpore] corruptione F | corruptibili] corporaliter V | igitur] et ideo F 3 volitum] comp. V | in tantum] ita V 5 declarat F | quia] quod V | 18] 8 V 4 F 6 voluntas igitur] i. v. F 7 synderesim] comp. V | remurmurantem] recte murmurante V 8-9 in — impegit] intellectus impedit V 9 ne] nec V 10 carnem F 13 est om. V | obstinatio] comp. V | hominum damnatorum V 14 quia] quod V | Quaere V 15 hominis] homines V' honores V¹ 16-17 aut² — eos om. V 18 voluntatis] voluntas (!) V 19 non om. V 20 damnatur (!) V | qui] quando F 21-22 et — termino om. V 23 eliciunt F 24 actum om. V | eliciant] eliciunt F eliciantur V | impoenitentes V 25 peccans] peccat post aliquando V 25-26 libidine om. V 26 poenitet] poeniteret F¹ | peccans] peccatum poenitet peccat sed V

F 5-6 Prov. 18, 3.

tur; igitur non est impenitibilitas 'quia impegit quantum potuit et immersit se' ¹.

19 Praeterea, illa quae dominantur actui, dominantur modo actionis; igitur cum voluntas maxime dominetur actui suo, maxime dominabitur modo actionis; igitur non oportet quod voluntas tantum impegit se quod non posset se retrahere.

20 Item, non videtur verum quod mali angeli tantum peccaverunt quantum potuerunt (sicut nec boni tantum meruerunt quantum potuerunt), vel saltem non fuit necessitas quod tantum peccaverunt quantum potuerunt; igitur nec est necessitas quod sint impenitibiles (secundum hanc opinionem).

21 Praeterea, sicut aliquid movetur ad terminum, ita quiescit in termino; sicut igitur angelus movetur voluntarie ad terminum, ita voluntarie quiescit in termino; igitur sicut voluntarie impegit se obiecto, ita voluntarie ibi durat.

22 Confirmatur (quia praedicta ratio ² potest intelligi bene et male): voluntas consideratur ut est prior actu suo, vel in quantum est sub actu suo. Ut autem est sub actu suo, sic non est causa, quia sic simul. Similiter, si ut prior naturā, voluntas igitur non est causa sui actus ut est sub actu sed ut est prior. Sed quod voluntas sit impegitiva, hoc est ut prior actu; igitur oportet quaerere aliquid prius quare ipsa sic quiescat: et est, quia voluntas — ut est prior actu suo — est libera et indifferens ad impingendum et non impingendum.

[C. — IMPROBATIO UTRISQUE OPINIONIS SIMUL]

23 Praeterea, contra utramque opinionem: mora illa in qua peccaverunt, non fuit indivisibilis sed divisibilis, tum quia pluribus peccatis peccaverunt, — tum quia hoc probatur ex parte angelorum

VF

1 quia] quod V | quantum] *praem.* in V 2 se *om.* V 3 illa — dominantur²] i. potentia quae nominatur in actu suo, denominatur F 4-5 cum — igitur *om.* V 4 actui] in actu F 6 possit F 8 nec boni] b. n. V 9-10 vel — potuerunt *om.* V 10 nec] non F | necessitas] *comp.* V 12 Praeterea] Ideo V 14 igitur sicut voluntarie] ita s. voluntate V 15 obiecto] *praem.* in F | ita — ibi] vel V | durant in *corr.* V² 17 consideratur] si est impegitiva, vel hoc est F 18-19 Ut — igitur] Sed tamen voluntas F 20 est prior] p. e. F | Sed quod] Si ergo F 21 impegitiva] impositiva V 21-22 prior — ut *om.* F 22 est, quia] etiam V 23 ad *rep. post* non F 26 mora] *praem.* (l) ibi mora q. V 28 hoc *om.* V

T ¹ Cf. supra n. 15. ² Cf. supra n. 21.

beatorum, quia non in indivisibili meruerunt quidquid meruerunt, et Scriptura multa attribuit bonis angelis propter pugnam eorum cum malis, hoc est ex victoria tentationis quam habuerunt a malis, et non in primo instanti vicerunt tentationem, sed aliis peccantibus et ruentibus; igitur tunc poterant fieri peccabiles ¹. Igitur non est dare causam ex parte eorum quare fiant impeccabiles.

[D. — RESPONSIO PROPRIA]

Respondeo igitur ad quaestionem, quod tres sunt gradus in volendo bonum: scilicet bonum ex genere (quod est bonum ex circumstantia obiecti, super quod natus est actus virtuosus transire), et est actus virtuosus (quo virtuose vult aliquid), et est actus meritorius. Non enim omnis actus virtuosus est actus meritorius (licet e contra ²), nam Adam habuit actum virtuosum in statu innocentiae, non tamen actum meritorium (secundum Magistrum).

[1. — DE ACTU MERITORIO]

Videamus igitur, primo, quare non potest habere actum meritorium.

Dico quod angelus malus non potest habere actum meritorium, nec potest velle bene meritorie, quia non potest bene mereri nisi gratia sit appositae, quae non est in potestate sua. Non enim aliquid dicitur esse in potentia propinqua ad actum, nisi impedimentum amoveatur: quantumcumque enim habeat potentiam ad agendum, si non potest impedimentum amovere, non potest dici habere potentiam propinquam respectu talis actus, — sicut si quis habeat

VF

2 et] in V | multa attribuit] visa attendit V 4 tentationem] reprobationem V 5 et ruentibus *om.* V | poterant] potuerunt F | fieri] *add.* non V 12 omnis post virtuosus F | actus² *om.* F 14 non tamen] non tantum *rep.* V 16-18 non — quod *om.* F 20 opposita V 20-21 Non — potentia *om.* V 21 ad actum *om.* F 22 quantumcumque] quaecumque F 24 potentiam propinquam] pr. pot. F | talis *om.* F

F 2-3 Apoc. 12, 7-8: «Et factum est praelium magnum in caelo: Michael et angeli eius praeliabatur cum dracone, et draco pugnabat et angeli eius, et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in caelo».

13-14 LOMBARDUS, *Sent.* II d. 24 c. 1 n. 1-8 (SB IV 450-452).

T ¹ Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 4-5 q. 1-2 n. [9]. ² scil. 'omnis actus meritorius est virtuosus'.

potentiam visivam et est impedimentum ex parte medii, non est in potentia propinqua ad videndum. Et ideo cum gratia requiratur ad actum meritorium, et non est in potestate angeli, sequitur quod non sit in potentia propinqua ad merendum, licet habeat libertatem.

26 Sed estne tunc impossibile angelum malum habere actum meritorium (quia non est impossibile visum videre¹, licet impediat aliunde)?

Dico quod ista impossibilitas non est 'quia non habet liberum arbitrium', sed quia gratia non potest esse² cum libertate arbitrii sui, — et ita est aliquo modo impossibilitas, aliquo modo non: non enim est impossibilitas ex parte angeli recipientis, quia manet libertas arbitrii sui, sed est ista impossibilitas respectu causae dantis gratiam. Nam impossibile est Deum sibi gratiam dare de potentia sua ordinata, quia non secundum legem quam statuit potest sibi dare gratiam: statuit enim legem universalem quod quicumque pervenerit ad terminum viae, habebit quod meruit (*ubicumque ceciderit lignum*, sive in oriente sive in occidente, *ibi erit*); sed tantum de potentia sua absoluta potest sibi gratiam dare, quia tunc mutaret praedictam legem et statueret aliam, — et ordinate tunc operaretur, sed non secundum legem praedictam, sicut dictum est in I libro³. Unde est impossibilitas respectu potentiae ordinatae, quae dat gratiam.

27 Contra: si nulla sit impossibilitas a parte angeli quin habeat actum meritorium, tunc si accipitur aliquis peccator moriturus in peccato suo, aequè impossibile est ipsum habere actum meritorium et salvari sicut angelum malum, quia ille peccator ex parte sui

VF

6 estne tunc] ne V | malum om. F 7 videre] habere V* | licet] nisi V 9-10 liberum arbitrium] a. l. V 10 cum] sine V 11 impossibilitas — non om. V 12 enim om. F | manet] inest sibi F 13 respectu] ratione F 14 sibi gratiam] g. s. F 16 universalem quod] naturalem quia V 17 meruit] vult V* 18 in² om. V 19 tantum] tamen F 20 praedictam legem] l. p. F 22 respectu] istius F 24-p. 9, 25 Contra — ordinata om. F 25 moriturus] moriendus V

F 18 Eccl. 11, 3: «Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit».

T¹ scil. quod visus videat. * seu stare. ³ Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura I d. 44 n. 3-5* (XVII 535-536).

habet liberum arbitrium sicut angelus, nec angelus secundum dicta¹ habet maius impedimentum ex parte sui quam iste peccator. Similiter, aequè impossibilitas est ex parte dantis gratiam, quia numquam de potentia sua ordinata sibi gratiam dabit, cum scit ipsum in peccato suo moriturum; igitur aequè impossibile est illum peccatorem habere actum meritorium et salvari sicut angelum malum.

Respondeo quod potentia Dei ordinata respicit leges universales, sed tantum speciale respicit iudicium; Deus autem, secundum legem statutam ab eo, non potest salvare angelum malum nisi statuatur aliam legem, — sed stante lege sua, potest alium² salvare qui non est in termino. Exemplum: si aliquis princeps statuatur quod omnis occisor occidatur, — si tunc iste occiderit aliquem, non potest³ illum salvare secundum legem suam, nec de potentia ordinata nisi statueret aliam legem. Sed ponatur quod ille princeps ordinaverit in mente sua quod alius⁴ occidatur (quod est supra legem): potest igitur ipsum salvare vel occidere, — et tunc non est contra legem suam si salvet ipsum. — Sic in proposito: angelus malus in termino viae iam 'occidit' se ipsum, unde non potest⁵ ipsum salvare secundum legem suam; ab aeterno autem praevidit alium⁶ damnaturum, — et ideo si ipsum salvet, non facit contra legem. Unde licet sit possibile illum malum peccatorem salvari a Deo, non tamen est possibile angelum malum, quia angelus malus potest tantum salvari de potentia sua absoluta, non de potentia sua ordinata⁷.

Haec igitur est causa quare angelus malus est impenitibilis: 'quia est in termino merendi, et quia Deus statuit quod quicumque pervenerit ad terminum viae, habebit quod meruit'⁸.

VF

4 scit] sit V 9 Deus om. V 11 qui] quia V 12 si om. V 13 si] sed V | occiderit aliquem] occidunt alii quem V 15 nisi] si V 17 vel] et V 19 viae] add. et V | occidere V | non om. V 21 salvet] solum V 22 licet sit] alio (!) V 23 non tamen om. V 24-25 absoluta — sua om. V

T¹ Cf. supra n. 26. ² scil. alium ab angelo, nempe viatorem. ³ supple: princeps. ⁴ scil. alius ab occisore. ⁵ supple: Deus. ⁶ scil. alium ab angelo. ⁷ Textum n. 27-28, quem codex V hic illic mendose praebet, correximus iuxta sensum obvium et iuxta parallelum locum *Ordinationis*, — cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio II d. 7 q. un. n. [19]*. ⁸ Cf. supra n. 26.

30 Et hanc causam docent sancti, – Damascenus^a: «Quod hominibus est mors, angelis est casus»; similiter Augustinus *De fide ad Petrum*: 'Statuit de angelis quod qui voluerint permanere, stent' etc. (unde patet quod Augustinus non dicit quod sunt impenitentes et non salvandi propter aliquam indispositionem⁵ ex parte eorum, nisi quia gratiam habere non possunt); similiter Augustinus *De civitate Dei* libro XXI cap. 11 et cap. 23.

31 Sed quaeres: a quo est obstinatio mali angeli, numquid a Deo ut sic sit causa mali?

Dico quod Deus non est causa effectiva permanentiae in malo,¹⁰ sicut nec quando peccaverunt fuit causa actus inordinati; unde sicut voluntas fuit causa in fieri, ita et permanentiae in malo. Dico ergo quod non est causa a Deo effective, sed a Deo deserente; unde Deus habet actum nolendi dare gratiam, – et in hoc est maxi-

^a Loco Damascenus a Duns Scoto ponitur: Anselmus¹.

15

VF

1 et 15 Damascenus] Anselmus *codd.* 2 angelis] *praem.* in F 3 voluerit V 5 impenitentes ... salvandi ... indispositionem] poenitentes ... salvari ... indispensationem V 7 libro *om.* F | XXI] XII V* | 11 et cap.] li et F 8 numquid] numquam V* | Deo] *add.* est F 9 sic sit] sic V* sit V¹ 10 effective F 12 voluntas *om.* V 13 quod *om.* V | causa *om.* V | effective] active V | sed] *add.* est V

F 1-2 DAMASC., *De fide orth.* c. 18 [II c. 4] (FIP t. s. VIII 77; PG 94, 878): «Oportet autem scire quoniam quod est hominibus mors, hoc est angelis casus. Post casum enim non est eis poenitentia, quemadmodum neque hominibus post mortem».

2-4 POTIUS FULGENTIUS, *De fide ad Petrum* n. 32 [c. 3 n. 32] (CCL 91A, 732; PL 40, 765): «Quibus [scil. angelis et hominibus], propter arbitrii libertatem..., ita cognoscendi ac diligendi se facultatem voluntatemque donavit [Deus], ut eam unusquisque et habere posset et perdere... Et de angelis quidem hoc Deus disposuit et implevit, ut si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, numquam eam divino munere repararet».

7 AUGUST., *De civ. Dei* XXI c. 11 (CCL 48, 774; PL 41, 726): «Sicut enim non efficiunt leges huius civitatis ut in eam quisque revocetur occisus, sic nec illius ut in vitam revocetur aeternam secunda morte damnatus»; c. 23 (p. 788-789; col. 736): «Quamobrem prorsus nec alia causa nec iustior atque manifestior inveniri potest cur verissima pietate teneatur fixum et immobile, nullum regressum ad iustitiam vitamque sanctorum diabolum et angelos eius habituros, nisi quia Scriptura – quae neminem fallit – dicit 'eis Deum non pepercisse' [II Petr. 2, 4]... Deinde, quale est aeternum supplicium pro igne diuturni temporis existimare et vitam aeternam credere sine fine, cum Christus... dixerit utrumque complexus 'Sic ibunt isti in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam' [Matth. 25, 46]?... Unde, quia vita aeterna sanctorum sine fine erit, supplicium quoque aeternum – quibus erit – finem procul dubio non habebit».

T ¹ Sequens HENRICUM GAND., *Quodl.* VIII q. 11 in corp. (f. 323X), Duns Scotus hic allegatam auctoritatem Anselmo perperam adscribit.

ma poena, quia illud quod est eis culpa, est poena, dum per eam gratia excluditur.

Sed dices quod plus est in angelo malo quod non potest bene³² velle, quam in eo qui est in peccato mortali.

⁵ Dico quod non sit gratia gratis data in peccatore, sed est ibi prima motio ad bonum ex puris naturalibus (ut attritio); tunc illud est vel esse potest in peccatore quod non in angelo malo.

12. – DE ACTU VIRTUOSO¹

Sed de secundo ('possuntne velle virtuose'¹) dicunt aliqui³³ quod non, sed omnem actum pervertunt – ne sit virtuosus – per circumstantiam malam, sicut patet de illo divite qui rogabat ut posset ire ad fratres suos² *ne et ipsi venirent in locum hunc tormentorum*: non hoc virtuose voluit, sed ne maiorem poenam ex adventu eorum pateretur, aut quia putabat se interim esse relaxatum¹⁵ a poena si iret ad eos.

VF

1 poena, quia] p. eis, quod F | est²] *add.* eis F 2 gratiam V 3 quod plus est] quid e. p. F | quod² = V¹ quam VF 3-5 potest — gratia *om.* F 5 non *om.* V* | est *om.* F 6 attritio] auctoritate V 7 vel esse] in malo et omne et esse V | angelo malo] m. a. F 9 de] in V | secundo] alio F 10 sed omnem] secundum V | ne] nisi V 11 circumstantiam malam] m. c. F 12 ire *rep.* V | hunc] illum *ante* locum F 14 putabant V | esse *om.* V

F 9-15 BONAV., *Sent.* II d. 7 pars 1 a. 1 q. 2 in corp. (II 179a): «Quantum ad deformitatem, est in mala voluntate diabolus continue... Et cum in ea regnet perversitas, semper omnem actum quem elicit, deformat et depravat, et ita continue peccat»; ad 4 (II 179b); THOMAS, *Sent.* II d. 7 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VI 446a. 446b); ad 2 (p. 447a); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* II d. 7 princ. 2 q. 1 in corp. (II f. 30rb-30va); ad 2 (f. 30va): «Dicendum quod ille dives non habebat bonam voluntatem, nec hoc petebat quia deliberative affectaret fratrum suorum salutem, sed quia cupiebat ad eos mitti et corpori suo restitui ut sic ab infernali poena saltem liberaretur ad tempus. Vel potest dici quod diligebat fratres suos affectione naturali, et ideo nolebat eos damnari, ne – videndo eorum damnationem – amplius torqueretur»; HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 11 in corp. (f. 323X): «Et sic ille dives moneri suos voluit..., non quia per se hoc voluit propter odium peccati et amorem illorum, sed quia existimavit se posse corpori suo restitui et ad vitam, et in corpore mitti ad ipsos, et sic a poenis subtrahi... Voluit eos converti, ne si secum in locum tormentorum venirent, ex hoc amplius ex poena visa amatorum torqueretur».

12-13 Luc. 16, 28.

T ¹ Cf. supra n. 24. ² Revera dives rogabat ut Lazarus mitteretur; sed Duns Scotus adducit hic interpretationem Richardi de Mediavilla et Henrici Gandavensis, secundum quos ipsemet dives ire cupiebat.

- 34 Sed contra: licet de facto semper male velint, non tamen video quin possent virtuose velle, quia habent naturam inclinantem ad bonum naturaliter; igitur ex naturali inclinatione illius naturae possunt aliquid virtuose operari, sicut peccator intendens amorem Dei – nec aliquid aliud nisi motus naturali pietate – dat eleemosynam.
- 35 Praeterea, habent vermem et remorsum conscientiae et remurmurationem peccati.
- 36 Praeterea, possunt aliquando non velle: «nihil enim est tam in potestate voluntatis sicut ipsa voluntas»¹; voluntas autem potest facere ut potentiae inferiores non habeant actus suos; ergo similiter potest ex libertate sua non habere actum suum.
- 37 Praeterea, si necessario haberent malum velle, quaero a quo est? Non a natura inclinante, quia natura – unde natura – inclinatur in bonum. Non ex habitu, quia habitus non inclinatur totaliter contra naturalem inclinationem potentiae, quia tunc non esset habitus illius potentiae; item, si habitus necessario inclinatur ad actum malum, necessario inclinaretur ad actum malum determinatum, quia 'habitus determinatus' est determinati actus et omnis habitus 'necessario inclinans in actum' necessario inclinatur in aliquem determinatum actum; sed non est dare aliquem talem actum quem necessario velint. Ideo dico quod licet de facto habeant semper actum malum, non tamen necessario, sed possunt habere actum indifferentem (non deformem), vel actum naturalem et virtuosum, licet non meritorium.

II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA¹

- 38 Ad primum principale² dicendum quod possunt velle bonum, sed non meritorie.

VF

1 licet] add. eos V 4 aliquid] ad (!) V 5 Dei om. V 7-8 remurmurationem] murmurationem V 9 est om. V 10 voluntas² om. V 11 suos] malos V 12 similiter potest] p. s. V | potest rep. post non V 14 Non post natura¹ V 15 totaliter] nisi V' om. V¹ 17 inclinatur] inclinaret ipsum F 18 necessario—malum om. F 22 velit V 23 tamen] semper F 24 difformem F 25 licet om. V 27 principale dicendum quod] dico quod non V

T ¹ AUGUST., *Retract.* I c. 22 n. 4 (CCL 57, 66; PL 32, 620). ² Cf. supra n. 2.

Ad aliud¹ dicendum quod anima capax est Dei appetibiliter et particeps eius esse potest potentia non propinqua nec ex parte sui, sicut dictum est².

Ad aliud, quando arguitur quod habent liberum arbitrium³ (et secundum Anselmum *De libero arbitrio*, «libertas est potestas servandi rectitudinem»), – dico quod possunt peccare, sed istud 'posse' quantum ad deformitates non pertinet ad potentiam libertatis, sed est defectus eius. Unde non ideo potentia est perfecta quia potest peccare, sed ille actus substratus pertinet ad libertatem, et ille actus substratus potest esse bonus ex genere.

Ad aliud⁴ dicendum quod non est simile, quia intellectus potest est necessitari ab obiecto, et ideo – quantumcumque fuerit excaecatus – potest reduci in cognitionem per praesentiam obiecti; sed non sic voluntas potest necessitari. Unde quod dicitur VII *Ethi-
corum*, quod 'intemperatus est impenitens', dico quod simpliciter nullus est in via impenitens; unde talis circa multa errat.

Ad aliud⁵ dicendum quod quando habitus perfectus est, tunc habitus non generatur nec augmentatur ex actibus, sed hoc⁶ provenit ex perfectione habitus. Et forte non omnis habitus malus in damnatis est aequae perfectus et intensus, sicut nec omnes sunt aequae mali; et tunc habitus non augmentatur propter impedimentum aliquod, quia illum quem habuerunt in termino, semper ha-

VF

1 anima om. V | et om. V 2 esse] essentia non V | potentia non] n. p. F | nec] sed F 4 habet V 5 Anselmum] Augustinum F' | De] praem. 4 F 5-6 potestas] potentialitas F 6 servandi] comp. V 7 istud] illud V | deformitates] difformitates V difformitatem F 8 eius om. V 9 peccare] accusare F | sed] et V 9-10 substratus ... substratus] subtractus ... subtractus codd. 10 actus post esse F 12 ab] ex F 14 potest ante sic F 16 est post via F | multa] add. principia F 17 quando] non V 18 sed om. F | hoc om. V 19 habitus ... habitus] actus ... actus V | Et] Sed V 20 sint V 21 habitus] actus V | augmentat V

F 5-6 ANSELMUS, *De libertate arb.* c. 3 (ed. SCHMITT I 212; PL 158, 494): «Libertas arbitrii est potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem»; c. 13 (p. 225; col. 505).

14-15 ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 10 (AL XXV³ 285; H c. 8, 1150a 21-22): «Necessarium enim hunc [scil. intemperatum] non esse poenitentem; quare, insanabilis»; c. 11 (p. 286; c. 9, 1150b 29-30): «Est autem intemperatus quidem, quemadmodum dictum est, non poenitens; immanet enim electioni».

T ¹ Cf. supra n. 3. ² Cf. supra n. 25-26. ³ Cf. supra n. 4. ⁴ Cf. supra n. 5. ⁵ Cf. supra n. 6. ⁶ scil. augmentatio.

bebunt, — et poena debetur eis et per hoc quod in termino viae habuerunt.

- 43 Ad aliud ¹: quod in primo instanti damnationis et casus, quando sunt in termino, taxata est poena eorum; et ideo non augmentatur poena pro actibus sequentibus, — sicut nec boni merentur ⁵ maiorem beatitudinem per actus bonos, sed ² consequuntur beatitudinem ³.

VF

1 et¹] in V | poena] per eam F | et² — in] per (!) V 5 merentur] *add. semper V*
 6 bonos] beatos V 6-7 Post beatitudinem *introducitur in cod. F distinctio 8 q. un. Utrum*
angelus potest assumere corpus in quo potest exercere opera vitae, quae sumpta est ex Rep. II B
d. 8 q. un.

T ¹ Cf. supra n. 7. ² *supple: actus boni.* ³ *Responsio ad ultimum argumentum*
 (n. 8) *necnon tota distinctio 8 desunt in Lectura II.*